



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Archi-||dioeceseos || Colonien-||sis Descriptio || Historica**

**Henriquez a Strevesdorff, Martinus**

**Coloniæ Agrippinæ, 1652**

Rhenvs Flvvivs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12065**

At Padebornensis Lupiam dar currere primo  
 Fonte Dioecesis, Montana cacumina subter  
 Romanis Teutonbergensis Saltus, at olim  
 Dicta, penes vicum Lipspringam, Lippia origo  
 Cui nomen tribuit, per Sennamque inde susurrat,  
 Post Padebornensem Residentis Principis arcem  
 Neuvhausam, donec Padula jungatur & Alma,  
 Hincque Monasterium trans, Angariaque Ducatum,  
 Lipsadium ire parat, Lunamq; Hammumq; latusque  
 Recklinghusani tangit muniminis unum,  
 Dorstenam prater: qua pontem urbs dicta viamque  
 Obtinet. & tendit Rhenanum in flumen, ad imam  
 Viceliam. Verum rursum ut properemus ad urbem  
 Recklinghusanam, Comes hanc Moersensis, & Archi-  
 Presul Agrippinas Thejodoricus, ut olim  
 Clivensem contrà arma Ducem bellumque moveret  
 Obsessâ Soisto urbe, gravi Mavorte, Serenos  
 Ad Schauvenburgi Comites pro pignore mille  
 Septingentorum quinquagintaque ligavit  
 Quinque florenorum, quam Salentinus, eandem  
 Isenburgensis Comes Archipaterque refundens  
 Nummorum Sunnam, sub pristina jura reduxit  
 Archidiocesis, cui nunc pro tempore servit.

## RHENVS FLVVIUS.

**M**entio per dictas hujus cum sapientis urbes  
 Fluminis occurrat, consultum duximus, ortu  
 Illius, & si quid memorabile venerit, inter  
 Cetera, sub finem gemino deducere metro.

Rhenus ad arbitrium Vadiani, nomen adeptus  
 Precipiti a lapsu, rapidoque gravi impetu cursu,  
 Qui per Teutoniā fortissimus, immo per omnem

## 129 RHENUS FLUVIUS.

Maximus Europam Fluvius censetur, in aliis  
 Rupibus antiquæ producit originis usum  
 Helveria que jugis, Avium qui nomine Montes  
 Appellantur adhuc; Gothardi collis ad imam  
 Radicem, bino capite, anterioris habente  
 Nomen ab hoc Rheni - sed posterioris ab illo :  
 Et semi in formu Luna primordia cursus  
 Bodenium penetrando Vadum tenet, inde deorsum  
 Teutonis ulterius recta perlabitur arvum,  
 Conducens secumque vehens diversa carinis  
 Commoda iranandis, & cetera multa fluentia,  
 Quæ circumcircà Rheni portantur in aquor;  
 Neccarus hac inter Mœnusque, Mosellaque gaudent  
 Primatu, medium trans Coblenz usque Moselle  
 Donec ad ingressum, penes Albam nomine Turrim.  
 Agrippinensem sinuso gurgite lambit  
 Archidiœcesin: recto praterfluit inde  
 Antenacum lapsu, Lintz, Bonnam, sicque supremos  
 Per terræ tractus Ubiorum admiratur urbem,  
 Novissimumque petens, VVerdam, Vrdingaque per ima  
 Arva Dicecessis, Rhenoberckamque susurrat:  
 Ast infrâ Emricam Clivis per iugera, sese  
 Ad Schenckenschantzam binas extendit in undas,  
 Altera VVala audit, Phœbique cadentis ad oras  
 Festuat, atque Mosam, quâ Levvensteina, subintraat,  
 Altera pars Rheni servans genitabile nomen,  
 Tendit in occiduos, quâ Manalis Vrsa, Triones,  
 Inque duos rursum fluvios partitur, & horum  
 Unus in Hisperios, Arnheimum suspicit agros,  
 Alter Hyperboreos Aquilonis pronus in axes  
 Stat Suder tranpare lacum, variatque propinquum  
 Nomrn in Isellam, sed qui pralabitur Arnheim,  
 Inque Betavu fertur, verso vult nomine Lecca  
 Dicier; antè quidem per Leydam fluxit in ipsum  
 Oceanum, verum dum Sequana(?) prope obortos

p. 1170.


Vene

## RHENUS FLUVIUS.

130

Ventorum motus , tempestatumque furores  
Ardua arenarum juga vi sublimius ipsis  
Ejectasset agris , per dictum est flumen adactus  
Per Culenbergam , Schonhoven atque Viander  
Se sociare Mosa trans urbes , Rotterodamum ,  
Scheidamum , & Brieland , jactura donec aviti  
Nominis , Oceanum Borealem Teutonis intres ;  
Talis ubi ingressus quondam , propè nomine pagum ,  
Catuvichium in Batavo fundo quæ Sequana flumas  
Consuevit fieri , qui Dunæ nomine , Montes  
Propter arenosos fuit interclusus , ut antè  
Diximus , & soliti dudum fracta Ostia cursus .

Hic antiqua super Monumenta & Rara , vetusta  
Romanorum arcis , Castrum dic esse Britannum ,  
Fundamenta vides , cuius muniminis Author  
Exstructaque fuit Caius Caligula , Casar  
Romanus , de quo nuper tellure remotâ  
Dum Rudera extarent , & se fundamina tortis  
Obijcerent oculis , Phrygio ditissima saxo  
Marmora cuiusvis generis , Nummismata , Rara  
Qualibet , antiquis Signorum incisa parergis ,  
Grammatis , Iconibus , superinscriptisque figuris ,  
Sunt miris inventa modis , testantia Priscos ,  
Hosque characteres X. G. I. prafata uotârane  
Marmora , sub tali sensu , ex Germania uerimque  
Inferiore . Satis iam constat Teutonas inter ,  
Quos foyet inferior tellus , non Ubia solum  
Archidiœcessis comprehendit iura , sed imum  
Ad Rheni tractum quoque conregnare , sitamque  
Et stabilem servare locum , quia scilicet infrâ  
Hec loca , priuatur genuino nomine Rhenus .



I 3

AR-